



I. 52. 20

R
2027

Ms. vol.

RI, 152 no.

Bibliothecae
Universitatis Dorpatensis
Struve,

Epistola Diui Hieronymi ad
Paulinū presbyterum de omnibus
diuinæ historię libris .



Barbas scripturas nemo temere audiat ab eo qui intelligenda
sunt

De legis et evangelij differētia

Lex et evangelium hoc vni dicitur quod in lege sunt opera plura sed ex
nova omnia in evangelio vera opera sunt unum si intendat ad fides.
Sed illa faciunt iustitiam operum. Illa sunt iustitia in deo
absoluta. Vnde Christus Jo. 6. Quia si quis fuerit deus faciamus et opes
vires opera dei. Et dicitur eos a pluralitate operum, et videtur ad
vires dicitur hoc est opera dei et reddat illis in eis que misit ille.
Tota itaque facta sunt legis et iustitiae eius et unum illa fides christi, et
tamen sunt una et spiritus sanctus huiusmodi opinionibus. Et dicitur unum et
in sola unum si opus, et in sola opus si est regnum. Sed non pot fieri
et fides in illo sit opus si et unum et ipsa opus sit regnum. Et
ita sunt spiritus sanctus opera facta ex fide. Sic cum una pariter ex pariter
dicitur, una habitus ex illis et tota bona sunt unum, si non fuerit
credimus quod ex nobis omnia ista fuerit, et non solum ex nobis sed etiam tota
nobis. Id est ut b. dicitur: sicut dicitur. Non tamen ad sacramentum sed etiam
ad exemplum. Vnde b. pe. p. q. Christus qui nobis passus. Hoc quo
ad sacramentum) vobis reliquit exemplum. sacramentum passionis christi
et amoris et remissio peccatorum. Exemplum autem est imitatio peccatorum eius
Sed qui christum vult imitari quod ad exemplum unum est ut reddat primum
firma fide christum quod se esse passum et mortuum quod ad sacramentum.
Vehementer ergo errant qui peccata debere parant primum per opera
et labores peccatorum, velut ab exemplo imitantes quod debent a factis
vires in se. Spiritus evangelium et negligit per incredulitatem, hoc
autem per inobedientiam operum.

4-III-A

5034

Epistola Divi Hieronymi ad

Paulinum presbyterum de omnibus

divinae historiae libris.

Rater Ambrosius tua mihi munuscula perferes:

detulit simul & suavissimas litteras: quae a princi-

pio amicitiarum fidem probata iam fidei & veteris

amicitiae: nova proferebant. Vera enim illa necessitudo est &

Christi glutino copulata. quam non utilitas rei familiaris:

non praesentia tantum corporum: non subdola & palpans adula-

tio: sed Dei timor & divinae scripturarum studia conciliant.

Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias:

novos adiisse populos maria transisse: ut eos quos ex li-

bris nouerant coram quoque uiderent. Sic Pythagoras Mem-

phiticus vates: sic Plato aegyptum & Archytam Tarentinum:

eandemque oram Italiae quae quondam magna gratia dicebatur

laboriosissime peragravit: ut qui Athenis magister erat:

& potens: cuiusque doctrinam academiae gymnasia perso-

nabant: fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena

verecunde discere: quam sua impudenter ingerere. Denique dum

liras quasi toto orbe fugientes persequitur: captus a py-

A ii

studium etiā absq; nobis per se pbari debeat. Ingeniū do-
cile & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias. sed
quid queras consideramus. Mollis cera & ad formandū
facilis: etiā si artificis & plaste cessent manus: tamē virtu-
tis torū est quicquid esse pōt. Paulus Apostol⁹ ad pedes
Gamalielis legem Mosi & prophetas didicisse se gloriaē:
ut armatus spiritualib⁹ telis: postea doceret cōfidenter:
Arma em̄ nostrae miliciae non carnalia sunt: sed potentia
deo ad destructionē munitiōnū & cogitationes destru-
entes: & omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiā
Dei & captiuātes omnē intellectuū ad obediendū Ch̄o:
& parati subiugare omnē inobedientiā. Timotheū scri-
bit ab infantia sacris litteris eruditum: & hortatur ad stu-
diū lectionis ne negligat gratiā quę data sit ei per impo-
sitionē manus presbyteri. Tyro precepit ut inter cæteras
virtutes episcopi quas breui sermōe depinxit: scientiam
quoq; nō negligat scripturarū: obtinētem inquit eū qui
secundū doctrinā est fidelē sermonē: ut potens sit exhor-
tari in doctrina sana. & cōtradicētes reuincere.
Sancta quippe rusticitas solū sibi pdest: & quantū edi-

ficat ex uitæ merito ecclesiā Christi: tantū nocet si destru-
entibus nō resistat. Malachias propheta: imo per Mala-
ch iā dñs interrogauit sacerdotes legem. In tantū sacer-
dotis officium est: interrogatum respondere de lege. Et in
Deutronomio legimus. Interroga patrem tuū & annū-
ciabit tibi: seniores tuos & dicent tibi. In psalmo quoq;
cxviii. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ: in loco
peregrinationis meæ. Et in descriptiōe iusti viri cū eum
arbori uitæ David quæ est in paradiso compararet: inter
cæteras virtutes hoc etiā intulit. In lege dñi uolūtas ei⁹:
& in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sa-
cratissime visionis ait iustos fulgere quasi stellas: & intel-
ligentes. i. doctos quasi firmamētū. Vides quantū inter
se distant iusta rusticitas & docta iusticia. Alii stellis. alii
cælo cōparantur. Quāq; iuxta hebraicā veritatē utrunq;
de eruditis possit intelligi. Ita em̄ apud eos legim⁹. Qui
aūt docti fuerint fulgebūt quasi splendor firmamenti: &
qui ad iusticiā erudiūt multos: quasi stellæ in perpetuas
æternitates. Cur Paulus apostolus vas electionis? Nēpe
quā vas legis & scripturarū sanctarū erat armariū. Pha-

rifici stupent in doctrina dñi: & mirantur in Petro & Io/
anne quō legem sciāt cū lras nō didicerint. Quicqd em̄
altis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere
solet: illis hoc spūs sanctus suggerebat. Et erant iuxta qđ
scriptū ē dociles Deo. Duodecim annos saluator imple/
verat: & in tēplo sedens de questionib⁹ legis interrogās
magis docet dum prudenter interrogat. Nisi forte rustici
cū Petrus rusticū Ioannē dicimus: quorum uterq; dicere
poterat. Et si imperitus sermone nō tū scientia. Ioannes
rusticus: piscator indoctus: & vnde illa vox obsecro? In
principio erat verbū: & verbū erat apud deū: & deus erat
verbū? Logos græcæ multa significat. Nam & uerbū est:
& ratio & supputatio: & causa vniūscuiusq; rei per quam
sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa recte intelligi/
mus in Christo.

Hoc doctus Plato nesciuit: hoc Demosthenes eloquens
ignorauit. Perdam inquit sapientiā sapientiū: & pruden/
tiam prudentiū reprobabo. Vera sapientia perdet falsam
sapientiā. Et qđ stulticia predicationis in cruce sit: tamen
Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam

autē nō sæculi huius nec principiū sæculi istius qui de/
struūtur: sed loquitur dei sapientiā in mysterio abscon/
ditam: quā p̄destinavit Deus ante sæcula. Dei sapientia
Christus est. Christus em̄ dei virtus & dei sapiētia. Hæc
sapiētia in mysterio abscondita est: de qua & noui psalmi
titulus p̄notatur p̄ occultis filii. In quo sunt oēs thesauri
sapiētiæ & sciētiæ dei absconditi. Et qui in mysterio ab/
sconditus erat: p̄destinatus est ante sæcula: p̄destinatus
autē & p̄figuratus in lege & prophetis. Vnde & prophete
appellabātur videntes: quia uidebant eum quē ceteri nō
uidebant. Abrahā uidit diem eius: & letatus est. Aperie/
bātur cæli Ezechieli: qui populo peccatori clausi erant.
Reuela inquit Dauid oculos meos: & considerabo mi/
rabilia de lege tua. Lex em̄ spiritalis ē: & reuelatiōe opus
est ut intelligatur: ac reuelata facie dei gloriā cōtēplemur.
Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur:
quem si dederis homini scienti lras ut legat: respondebit
tibi. Nō possum. Signatus est em̄. Quanti hodie putant
se nosse litteras: tenent signatū librū. nec aperire possūt.
B

nisi ille referauerit qui habet clauem David. qui aperit &
nemo claudit: claudit & nemo aperit. In actib⁹ Aposto-
lorū sanctus Eunuchus imo vir (sic em̄ eū scriptura co-
gnominat) cū legeret Esaiam prophetam interrogatus a
Philippo. Putas ne intelligis quæ legis respōditq;. Quo-
mō possum nisi aliquis me docuerit. Ego ut de me loq̄r
interim nec sanctior sum hoc Eunucho. nec studiosior
qui de æthiopia: idest de extremis finib⁹ mundi uenit ad
templū: reliquit aulā regiam. & tantus amator legis di-
uinæq; sciētix fuit: ut etiā in vehiculo lras legeret sacras.
Et tñ cum librū teneret & uerba dñi cogitatione cōcipe-
ret: lingua uolueret: labiis personaret: ignorabat eū quē
in libro nesciens uenerabatur. Venit Philippus: ostendit
ei Ihesum qui clausus latebat in littera. O mira doctoris
uirtus. Eadē hora credidit Eunuchus: baptizatur fidelis
& sanctus est ac magister de discipulo: plus in deserto
fonte ecclesiæ q̄ in aurato synagogæ tēplo repperit. Hæc
a me p̄stricta sunt breuiter. Ne q; em̄ epistolaris angustia
euagari longi⁹ patiebatur: ut intelligeres te in scripturis

sacris sine p̄uio & mōstrate semitā nō posse ingredi.
Taceo de grāmaticis: & rhetoribus: philosophis: geome-
tris / dyalecticis / musicis / astronomis / astrologis / medi-
cis / quorū scientia mortalibus satis uel utilissima est: &
in tres partes scinditur in doctrinā: rationē & vsum. Ad
minores artes ueniā: & quæ nō tam lingua q̄ manu ad-
ministrantur. Agricole: cemētarii: fabri metallorū / ligno-
rūq; cesores lanarii quoq; & fullones & ceteri qui uariā
supellectilē & uilia opuscula fabricāt: absq; doctore esse
nō possunt quod cupiūt. Quod medicorū est p̄mittūt
medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est:
quā sibi passim omēs uendicant. Scribimus indocti do-
ctiq; poemata passim. Hanc garrula anus: hanc delirus
senex: hanc sophista uerbosus: hanc vniuersi p̄sumūt / la-
cerant / docent anteq̄ discant. Alii abducto supercilio gran-
dia uerba trutinantes: inter mulierculas de sacris litteris
philosophantur. Alii discūt pro pudor a feminis quod
uiros doceāt. Et ne parū hoc sit quadā facilitate uerborū:
imo audacia edisserunt aliis quod ipsi nō intelligūt. Ita

ceo de meis similibus : qui si forte ad scripturas sanctas
post seculares lras uenerint : & sermone cōposito aures
populi mulserint quicquid dixerint hoc legē dei putāt .
Nec scire dignantur quid prophete. quid apostoli sēse /
rint: sed ad sensum suū incōgrua aptāt testimonia: quasi
grande sit & non uiciosissimū dicendi genus deprauare
sententias . & ad uoluntatē suā sacram scripturā trahere
repugnantem. Quasi nō legerimus homerocentonas &
virgiliocentonas? ac nō sic etiā & Maronē sine Christo
possimus dicere christianū: quia scripserit . Iam redit &
virgo: redeunt saturnia regna. Iam noua progenies cælo
demittitur alto. Et patrem loquētem ad filiū . Nate mee
wires mea magna potentia solus. Et post uerba saluato /
ris in cruce. Talia prestabat memorans fixusq; manebat.
Puerilia sunt hæc: & circulatorū ludo similia: docere qd
ignores: imo (ut cū stomacho loquar) nec hoc quidem
scire quod nescias .

Vide licet manifestissima est genesis in qua de creatura
mūdi: de exordio generis humani. de diuisione terræ: de

confusione linguarū. de descensione nōq; ad ægyptū scri
bitur hebreorū. Patet exodus cū decē plagis: cū deca /
logo: cū mysticis diuinisq; præceptis . In promptu est
leuiticus liber i quo singula sacrificia: imo singulæ penæ
syllabæ & vestes Aaron: & totus ordo leuiticos spirāt cæ
lestia sacramenta . Numeri uero nōne totius arithme
tice: & prophetie Balaam / & quadraginta duarū man
sionū per heremū mysteria continent. Deuteronomi
nū uero secunda lex. & euāgelicæ legis p̄figuratio: nōne
sic ea habet quæ priora sunt: ut tamē noua sint om̄ia de
veterib? Hucusq; Moises. huc usq; Pentateuchus / q̄b?
quinq; uerbis loqui se uelle Apostolus in ecclesia gloriat̄
Iob exemplar patientiæ. quæ non mysteria suo sermone
cōplectitur: Prosa incipit uersu labitur pedestri sermone
finitur. omnesq; leges dyalecticæ / p̄positione / assumpti
one / cōfirmatione / cōclusionē determinat. Singula in eo
uerba plena sunt sensibus. Et ut de cæteris sileā. resurre
ctionē corporū sic prophetat: ut nullus de ea manifesti?
& cautius scripserit . Scio inquit q; redemptor meus ui /
B iiii

uit : & in nouissimo die de terra surrecturus sum & rur/
sum circūdabor pelle mea : & in carne mea uidebo deū :
quē uisurus sum ego ipse : & oculi mei cōspecturi sunt &
nō alius . Reposita ē hęc spes mea in sinu meo . Veniā
ad Ihesum naue : qui typū dñi nō solū in gestis : uerū etiā
in nomine p̄fert . Trāsit Iordanē : hostiū regna subuertit :
diuidit terrā uictori populo . & per singulas vrbes . uicu/
los . montes . flumina torrentes atq; confinia ecclesie . cæ/
lestiq; Hierusalem spiritualia regna . describit . In iudiciū
libro quot principes populi tot figure sunt . Ruth Mo/
abitis . Esaie explet uaticiniū dicentis . Emitte agnū dñe
dominatorē terræ de petra deserti ad montē filiæ zion .
Samuel in Hely mortuo & occisione Saul ueterem legē
aboliram monstrat . porro in Sadoch atq; Dauid noui sa/
cerdotii . nouiq; imperii sacramēta testatur . Malachim :
idest tercius & quartus Regum liber a Salomone usq; ad
Iechoniā & a Hieroboā filio Nabath usq; ad Osee qui du/
ctus est in Assyrios regnū Iuda : & regnū describit Israel .
Si historiā respicias : uerba simplicia sunt . si in litteris sen

sum latentē inspexeris : ecclesie paucitas & hereticorum
contra ecclesiā bella narrantur . Duodecim prophete in
uni⁹ voluminis angustias coartari : multo aliud q̄ sonāt
in littera p̄figurant . Osee crebro nominat Effraim : Sa/
mariā : Ioseph : Iezrael : & uxorem fornicariā & fornicatio/
nis filios & adulterā cubiculo clausam mariti : multo tpe
sedere uiduā : & sub ueste lugubri uiri ad se reditū p̄sto/
lari . Iohel fili⁹ Fatuel describit terrā duodecim tribuū :
eruca / bruchus / locusta : rubigine uastante consumptā &
post euerionē prioris populi effusum iri sp̄m sanctū sup/
seruos dei & ancillas : idest super centū uiginti credentiū
nomina . & effusum iri in cenaculo zion . Qui centū ui/
ginti ab uno usq; ad quindecim paulatim & per incremēta
surgentes : quindecim graduū numerum efficiunt qui in
psalterio mystice cōtinentur . Amos pastor & rusticus
& ruborū mora distringens paucis uerbis explicari non
potest . Quis em̄ digne exprimat tria & quattuor scelera
Damasci & Gaze : & Tyri & Idumee : & filiorū Ammon &
Moab : & in septimo & octauo gradu Iude & Israel . Hic

loquitur ad vaccas pingues quæ sunt in Samarie mōte :
& ruiturā domū maiorem minorēq; testatur. Ipse cernit
fictorem locustar: & stantem dñm super murū litum uel
adamātinū & vncinū pomorū attrahentē supplicia pec/
catoribus. & famem in terra. nō famem panis. nec sitim
aquæ sed audiendi uerbū dei. Abdias qui interptatur
seruus dñi peronat contra edom & sanguinē terrenūq;
fratrem: fratris quoq; iacob semper emulū hasta percutit
spiritali. Ionas pulcherrima colūba naufragio suo pas/
sionē dñi pfigurans: mundū ad penitentiam reuocat: &
sub nomine Ninie gentibus salutē nunciat. Micheas
Demorasthi coheres Christi vastationem annūciat filie
latronis. & obsidionē ponit contra eam: quia maxillam
percusserit iudicis Israel. Naum cōsolator orbis incre/
pat ciuitatē sanguinū: & post euerfionē illius loquitur.
Ecce super montes pedes euangelizantis & annūciātis
pacē. Abacuc luctator fortis & rigidus stat sup custo/
diam suā. & figit gradū super munitionē ut Christum in
cruce contēpletur. & dicat. Operuit celos gloria eius: &

laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit. cor/
nua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.
Sophonias speculator & archanorū Dei cognitor audit
clamorem a porta pisciū & eiulatū a secunda: & cōtritio
nem a collibus. Indicit quoq; vlulatū habitatoribus pile:
quia cōtricit omnis populus Chanaan: dispersi sunt vni/
uersi qui inuoluti erant argento. Aggeus festiuus &
letus qui seminavit in lachrymis ut in gaudio meteret:
destruētū templū edificat: deūq; patrē inducit loquentē.
Adhuc unū modicūq; & ego cōmouebo cælū & terram
& mare & aridā: & mouebo omēs gentes. & ueniet de/
sideratus cunctis gentib⁹. Zacharias memor domini
multiphex in prophetia Ihesum uestibus sordidis indu/
tū: & lampadem oculorū septem candelabrūq; aureum
cū totidem lucernis quot oculis: duas quoq; oliuas a si/
nistris lampadis cernit & a dextris: ut post equos nigros
rufos. varios & albos & dissipatas quadrigas ex Effraim
& equū de Hierusalem pauperē regē vaticinetur: & p̄di/
cet sedentem super pullum filium asine subiugalis.

Malachias aperte & in fine oim pphetarū de abiectiōe
Israel & uocatione gentiū. Nō est mihi ait uolūtas in uo
bis; dicit dñs exercituū; & munus non suscipiā de manu
uestra. Ab ortu em solis usq; ad occasum magnū est no
men meū in gentibus; & in omi loco sacrificatur & offer
tur nomini meo oblatio munda. Esaiam: Hieremiam
Ezechiel: & Daniel: quis potest uel intelligere; uel expo
nere. Quorū primus nō prophetiā uidetur mihi texere:
sed euangeliū. Secundus virgam nuceam & ollam suc
censam a facie aquilonis; & pardū spoliatū suis colorib⁹
& quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.
Tercius principia & finem tantis habet obscuritatib⁹ in
uoluta: ut apud hebræos ipse partes cū exordio geneleos
ante annos triginta non legantur. Quartus uero qui &
extremus inter quattuor prophetas temporū cōsciū; &
totius mundi philohistoricos lapidem p̄cisum de mōte
sine manibus & regna om̄ia subuertentē claro sermone
pronūciat. Dauid Simonides noster Pindarus & Al
cheus Flaccus quoq; catulus atq; serenus Christum lyra

p̄sonat: & in decachordo psalterio ab inferis excitat re
surgentē. Salomon pacificus & amabilis dñi: mores
corrigit: naturā docet: ecclesiā iungit & Christū: sancta
rūq; nuptiarū dulce canit epithaiamiū. Hester i eccle
sia typo populū liberat de periculo: & interfecto Aman
qui interptatur iniquitas: partes cōuiuii & diem celebrē
mittit in posteros. Paralipomenon liber: idest instru
menti veteris epitomæ: tantus ac talis est: ut absq; illo si
quis scientiā scripturarū sibi uoluerit arrogare seipsum
irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasq; uerboꝝ
& p̄termisse in regū libris tangūtur historie: & innume
rabiles explicātur euangelii questiōes. Esdras & Ne
emias adiutor uidelicet & consolator a dño: in uno uo
lumine artatur: instaurant templū: muros extruunt ciui
tatis om̄isq; illa turba populi redeuntis in patriā: & de
scriptio sacerdotū leuitarū israel: profelitorū ac per sin
gulas familias murorū ac turrium opera diuisa: aliud in
cortice p̄ferunt: aliud in medulla retinēt. Cernis me scri
pturarū amore raptū: excessisse modū epistolæ: & tamē
Cii

nō impleſſe quod uolui. Audiuius tantum quid noſſe
quid cupere debeamus : ut & nos quoq; poſſumus di-
cere . Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes
tuas in omni tēpore . Ceterū illud ſocraticū impletur in
nobis . Hoc tantū ſcio quod neſcio . Tangam & nouum
breuiter teſtamentū . Mattheus : Marcus . Lucas & Io-
annes : quadriga dñi & uerū Cherub quod interpretatur
ſcientiæ plenitudo per totū corpus oculati ſunt : ſcintille
emicāt : diſcurrūt figura : pedes habent reſtos : & in ſub-
lime tendentes . terga pennata & ubiq; uolantia tenēt ſe
mutuo : ſibiq; perplexi ſunt : & quaſi rota in rotā uolunt
& pergunt : quocūq; eos flatus ſpiritus ſancti pduxerit .
Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias : octaua em̄
ad hebræos a plerifq; extra numerū ponitur . Timotheū
inſtruit ac Tyrū & Philomenem p fugitiuo ſamulo dep̄-
catur : ſuper quo melius tacere puto : q̄ pauca ſcribere .
Actus Apoſtolorū nudā quidē uidentur ſonare hitoriā
& naſcentis eccleſiæ infantiam texere : ſed ſi nouerimus
ſcriptorē eorū Lucā eſſe medicū cuius laus eſt in euāgē-

lio : anſ aduertimus pariter om̄ia uerba illius animæ lan-
guētis eſſe medicinā . Iacobus . Petrus . Ioannes . Iu-
das . ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas q̄ ſuccin-
ctas & breues pariter ac longas breues in uerbis longas
in ſententiis : ut rarus ſit qui nō in earū ſecutiat leſtione .
Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta quot uerba :
Parum dixi & p merito uoluminis laus om̄is inferior ē .
In uerbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ . Oro
te frater chariſſime inter hæc uiuere . iſta meditari . nihil
aliud noſſe . nihil aliud querere . Nōne uidetur tibi iā hic
in terris regni celeſtis habitaculū ? Nolo ut offendaris in
ſcripturis ſanctis ſimplicitate & quaſi utilitate uerborū
quæ uel uitio interpretū . uel de induſtria ſic prolate ſunt
ut ruſticā cōditionē facilius inſtruerent : & in unā eadēq;
ſententia aliter doctus : aliter ſentiret indoctus . Nō ſum
tam petulans & hebes ut hæc me noſſe pollicear : & eorū
fructus capere in terra quorū radices i caelo fixe ſunt : ſed
uelle fateor : ſedenti me p̄fero magiſtrū reuens comitē
ſpondeo . Petenti datur : pulſanti aperitur : querēs inue-
Ciii





